

Vc
2621






h.3.60.

1496

Vc
2621

ACTUM
CONSECRATIONIS CHRI-
STIANÆ, VEL PARENTATIONIS
BLICÆ
HONGREM
SERENISSIMÆ PRINCIPIS
AC DOMINÆ,
DOMINÆ
MAGDALENÆ
SIBYLLÆ,
ELECTORISSÆ AC DU-
CISSÆ SAXONIÆ, JULIACI,
CLIVIÆ, AC MONTIUM,
NATÆ MARCHIONISSÆ BRANDE-
BURGICÆ, AC DUCISSÆ BORUSSIÆ,
LANDGRAVIÆ THURINGIÆ, MARCHIONISSÆ IN MISNIA,
UT ET SUPERIORI ET INFERIORI LUSATIA, BVRGGRAVIAE
IN MAGDEBURG, COMITIS PRINCIPALIS IN HENNEBERG,
COMITIS IN MARCA, RAVENSBERG & BARBY,
DOMINAE IN RAVENSTEIN,
DOMINÆ QVONDAM NOSTRÆ
CLEMENTISSIMÆ,
NUNC
BEATISSIMÆ,
AD D. IV. MAJI POST HORAM XII.
SOLENNISSIME SUBJECTISSIMEQUE CONCELEBRANDUM,
PRO CERIBUS CIVIBUSQVE ACADEMICIS
INDICIT
ACADEMIÆ RECTOR.





Nter causas, qvas propter numerus
Deorum Dearumq; penes Romuli nepotes
in tantum excreverat , vel princeps videri
potest hæc , qvod Imperatores suos, cum
mortales agere in terris jam desissent, refer-
rent interNumina, atq; endo cœlo, ut olim
loqvebantur , locatos qvam religiosissime
venerarentur ; idque tum ex summarum Virtutum , queis
vivi coruscabant, admiratione , tum ex adulandi etiam studio.
Virtutes autem , quæ Consecratione dignæ videbantur , e-
rant istæ potissimum , in antiquis Romanorum numis-
matibus adhuc elucescentes : Virtus , seu Fortitudo bel-
lica , Pictas & Religio , Fides , Concordia , Justitia & Æ-
quitas , Clementia , Constantia , Providentia , Liberalitas,
& Pudicitia. Quæ qvia in Fœminis qvoque Augustis qui-
busdam exsplendescabant, factum, ut illæ qvoque non minus,
quam Imperatores , adscriptæ Deorum ordinibus fuerint.
Divæ autem inter Augustas dictæ, testibus Nummis adhuc ex-
tantibus, Livia Augusti, Domitilla Vespasiani Uxor, Julia Titi
filia, Plotina Trajani Uxor, & Soror Marciana, hujusque filia
Matidia, Sabina Hadriani, Faustina utraque, Julia Severi , ejus-
que Soror Mæsa, Paulina Maximini, Mariniana Valeriani &c.
Quid Ceremoniarum in Consecratione ipsa fuerit adhibitum,
neminem quenquam Eruditorum temere fugit. Honor au-
tem maximus omnium erat Templum, post Consecrationem
exstrui solitum ; quem quidem præ aliis obtigisse constat
Augusto , Claudio , Hadriano , Antonino , Maximiano , Con-
stantio , & qvi his omnibus priores erant, Julio Cæsari , imo &
Pompejo; id quod patet ex ær eo quodam , eoque rarissimo
& longe elegantissimo , numismate. Nam in ejus altera
parte Caput Pompeji conspicitur cum epigraphe: CN:POM-
PEJUS MAGNUS , in altera Templum quadratum octo co-
lumnis innixum , cui superne impositum est trophyum , affi-
denti-

dentibus inferne duobus captivis , & adstantibus utrinque Vicitoriolis ; quanquam non templa tantum , sed & aræ , sacerdotes , sacrificia , statuæ , columnæ , thenæ , & sellæ Consecratis fuere dedicatæ . Nam uti Numinæ factos , qui Consecrati sic erant , superstitionissimi mortalium rebantur , ita divinis quoque honoribus post obitum eos prosequi modis omnibus fatagebant . Viguit autem mos iste Consecrationis apud Romanos tum potissimum , cum plena Idololatriæ & superstitionum Ethnicarum penes eosdem adhuc plena erant omnia . Posteaquam enim Religio Christiana radiosissimo veluti jubare tenebras istas Gentilium plusquam Cimmerias dispulit , vanissima quoque & plane Idololatræ illa Solennitas , quæ Consecratio vocabatur , celebrari sensim desit . Mansit autem Instar quoddam Consecrationis istius in honoribus parentibus , qui in Christiana hodieque Ecclesia Heroibus ac Heroinis solent exhiberi . Quamvis enim nihil divinitatis , si justa id genus peraguntur , tribuatur illorum manibus , Mausolea tamen , seu Castra , ut vocant , Doloris imaginem quandam Templorum , vel quadratorum , vel sex aut octo columnis innixorum , qualia Consecratis Imperatoribus dedicata fuisse constat , repræsentare aliquatenus videntur . Horum cum longe plurima afferri ex recentissima Historia possent , adduxisse id unum hoc loco sufficiat , quod Serenissimus Sabaudiæ Dux & Cypri Rex , CAROLUS EMMANUEL , Taurini III. & IV. Nonas Martias cl^o I^oc LXIV. Regiæ Matri , Regiæque Conjugi erexit . Illius molem (ut nonnulla tantum splendidissimi monumenti hujus referamus) inferne conquadratam , superne in angulosum fastigium gradatim acuminatam , mœstissimæ Charites atque Musæ cupressu coronatæ , abjectis propriis præ dolore Insignibus , columnarum vice sustinebant ; supra autem graduum pyramidalium angulos Virtutum Omnium simulacra consistebant , consimilem doloris sensum vultu gestuque significantia ; referente id ac describente Emmanuele Philiberto Panealbo , qui Emmanuelis Thesauri Comitis Inscriptiones longe ingeniosissimas luculentissimis notis illustravit . Erat autem ista Regiæ Matris Inscriptio : MAGNÆ CHRISTINÆ A FRANCIA CAROLUS EMMANUEL FILIUS INELUCTABILI JACTURÆ VIX SUPERSTES PIENTISSIMÆ PARENTI PISSIME PARENTAT &c . Atque huic non multum absimile est monumentum , quod pien-

He 26 II PK

pientissimæ Parenti suæ, Serenissimæ nempe Principi ac Dominae, Dominæ MAGDALENÆ SIBYLLÆ, Electorissæ ac Ducissæ Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium, natæ Marchionissæ Brandenburgicæ, ac Ducissæ Borussiæ, Landgrafiæ Thuringia, Matchionissæ in Misnia, ut & Superiori & Inferiori Lusatia, Burggraviæ in Magdeburg, Comitis Principalis in Henneberg, Comitis in Marca, Ravensberg & Barby Dominæ in Ravenstein. Dominæ nostræ, dum viveret, clementissimæ Filius unicus, jam luctu & ipse implicitus, potentissimus nempe Elector Saxoniæ JOHANNES GEORGIIUS III, Herus noster indulgentissimus, post æterna cum terrenis hisce ab ea commutata, piissime parentat hactenus, & parentare ulterius decrevit. Et annon Musæ, Charitesque tam Philuræ nostræ, quam Leucoræ, cypresstu ornatæ sua præ dolore insignia & ipsæ abjecere? Quid? quod *Virtutes* omnes collacrymari videntur ac lamentari, augustissimo, quo gaudebant hactenus, domicilio collapso jam destructoque? tot siquidem divinæ dotes, totque excellentissimæ maximæque *Virtutes* in hac Principe, dum superabat, clucescebant, ut, quam anteferre illi queamus, haud habeamus, per paucas certe pares existimemus. Quæ ipsæ cum narrando prædicandoq; consecrari quasi & dedicari omnino mereantur, pro ea, qua effulget, pietate SERENISSIMUS ELECTOR in honorem pientissimæ quondam, nunc beatissimæ MATRIS Parentalia solennia non ita pridē indixit, eademq; tum ab aliis subditis, tum ab hujus quoq; Vrbis incolis, iisque tam Academicis quam oppidanis, quanta maxima poterit frequentia celebrari quam clementissime voluit. Cui luctui publico cum dies potissimum Maji IV. à Clementissimo PATRE PATRIÆ dictus sit, (nam eopse Celsissimæ Exuviae Freibergæ Hermundurorum, eo ex Electorali Dresden deductæ, splendidissimo Electorum Saxoniæ Requitorio inferentur) nos PROCERES, CIVESQUE, ACADEMICOS sedulo enixeque hortamur omnes, ut hora XII. diei jam dicti in Templo D. Thomæ quam frequentissimi, & pullatis quidem vestibus induti, convenient; progressique ex eo in Ædem Nicolaitanam, concioni funebria, qua decet, attentione, ut & animi subjectione interficiantur. Nam in ea *Virtutes* Serenissimæ ELECTORISSÆ deprædicabantur, & veluti consecrabuntur, quæ tales profecto ac tantæ in superstite existiterunt, ut non hoc tantum seculum, sed posteras quoque ætates ornare, rapereque in admirationem posse videantur. P.P. Lipsiæ Kal. Maj. cl. Ioc LXXXVII.

Literis JOHANNIS GEORGI.


nc

WDP

ni
ac
o
n
s
a
n
n
n
R
m
&
m
o
es
le
ui
u
re
ti
a
ute
n
dē
ois
na
ui
E
gæ
if
E
ur
m
t;
ori
nt,
a
in
as
vi..

h.3.6.

1496



ACTUM CONSECRATIONIS CHRI- STIANÆ, VEL PARENTATIONIS

SERENISSIMA CIPIS

AC MAGI NÆ

MAGI SIB NÆ

ELECTOR C DU.
CISSÆ SAXIACI,

CLIVIA GRANDE.
NATÆ MARC RUSSIÆ,
BURGICÆ, A Æ IN MISNIA,
LANDGRAVIÆ THURU BVRGGRAVIAE
UT ET SUPERIORI ET HENNEBERG,
IN MAGDEBURG, CO BARBY,
COMITIS IN MAR DOMINÆ OSTRÆ

DOMINÆ Q CLE

DOMINÆ BIBLIOTHECA
AD D. IV. M. PONICKAVIANA

SOLEMNISSIME SUBJECTISSIMEQUE CONCELEBRANDUM,
PRO CERIBUS CIVIBUSQVE ACADEMICIS

INDICIT

ACADEMIÆ RECTOR.

